



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXXIV.. Romana seu &c. substitutionis exemplaris. De materia
substitutionis exemplaris ad intellectum textus in I. humanitatis, faciendæ
ad favorem fratrum, An sub istorum nomine veniant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

cludi possent, dicta verò prælegendi facultate ad exercitium non deducta, omnes æquè vocati censerentur juxta casum de quo supra *disc. 57.* unde propterea si juxta eundem casum proximè insinuatum in una linea gravatus suam facultatem exerceat & in altera non, id solum operabitur inæqualitatem inter personas utriusque lineæ respectivè, quod scilicet in una succedat solum præelectus, in altera verò succedent omnes, sed semper æqualiter vocati, unde reciproca inter eos respectivè conveniat. Nimiùm quoque in idem suffragante illa circumstantia pro interpretatione voluntatis donatricis, & comprobatione veritatis, quod idem Alcanius decedens absque legitima prole contra omnem verè similitudinem neglectis nepotibus ex fratre & propria linea disposuit ad favorem Alcanii ejusque lineæ, ita magis suam obligationem agnoscendo quàm voluntariè disponendo & gratificando; Omnisque difficultas cessare videbatur, quia his etiam cessantibus ob gradus æqualitatem æquali esset successio, quod sufficit ad tollendum litis effectum.

ROMANA

S E V &c.

SVBSTITVTIONIS
EXEMPLARIS.

Consilium seu votum pro veritate suppressis nominibus.

De materia substitutionis exemplaris ad intellectum textus in *l. humanitatis*, faciendæ ad favorem fratrum, An sub istorum nomine veniant sorores, Et quid ubi substituta esset pia causa, An hæc exempta sit à dicta restrictione.

Et an hæc substitutio ordinata ad favorem unius ex fratribus ad substituti præmorientis filios transmittatur.

SVM MARIVM

- 1 DE dispositione *l. humanitatis* circa substitutionem exemplarem & de casu controversa.
- 2 Sub nomine fratrum veniunt sorores in substitutione exemplari, & de ratione.
- 3 An favore pia causa subsistatur substitutio exemplaris, etiam præter formam *l. humanitatis*.
- 4 De ratione ob quam pia causa non subjacet juri positivo.
- 5 Non datur argumentum à dictis Doctorum.
- 6 De ratione ob quam etiam pia causa subjacet dispositioni *l. humanitatis*.
- 7 De fideicommissaria tacita sub exemplari.
- 8 De transmissione substitutionis exemplaris.

Diffonere textu in *l. Humanitatis* C. de *quæ amentis vel furiosi fieri potest ad exercitium* favorem fieri non possit, quoties amentis vel furiosi descendentes, vel fratres habet, ut tunc substitutionis favore substitutio faciendæ sit; Cum enim de filio amentis per patrem substitutum fuisse causam seu piam causam, neglectis filiabus & fratribus sororibus, dubitari contigit, an loquutione de fratribus conveniat sororibus, ac tunc affirmativa tenenda sit, an favor pia causa factum suppleat, unde de super pro veniente in sensu seu iudicio consultus.

Ad primum respondi planam videtur voluntatem, ut in hac specie masculinum contingeret, num, atque sub nomine fratrum veniant etiam sorores, ut rejecta contraria minus communitate firmant *l. f. Cur. & ceteris in l. res sunt pat. atque alii collecti per Tremavinque per *cap. 5. num. 10. Fusar. de substi. quest. 129. in l. hanc ex professo disputato articulo hinc in *apud Buratt. decis. 302.* ubi late auctoritates collantur, atque etiam firmatur filios loquutione hoc vocabulo non venire, videturque opinio probabilis, ac rationi innixa, dum substitutio tantum dicitur testamentum, quod lex fingit esse furioso, quem probabile non est propriam descendentes vel fratres aut sorores ob extraneitatem dederit, & sic eadem ratio militare videtur in fratribus ac in sororibus, Ac etiam quia non oportet aliquo Statuto exorbitanti à jure, quod hinc rigorosè intelligendum veniat in propria loquutione verborum, sed de jure communi, ut explicate morientis voluntatem, expresse summptionem inducente, quam aliqui voluntariè disponente; Et quamvis ista ratio operari debeat etiam comprehensionem nepotum etiam in fratribus vel sororibus, attamen in hoc cedendum videtur auctoritati.**

Ad secundum verò ad verba DD. non est cili in his terminis præcis ad hunc substitutionem exemplarem descendere, sed bene tractare quoniam in proposito pupillaris facta post testamentum seu quæ aliis jure directo substituitur non potest, scilicet pia causa favor istam substitutionem, ac originaliter Albericus in rubr. ff. de vulg. & pupill. 77. ver. sed pone quod aliqui loquendo de Monasterio tenet negativam, assignata ratione, quod Monasterium dici ut filius fictus ejusque loco tenent quoad proficientes non autem quoad alios, quod Albericum sequuntur Ripa *l. f. Tremavinque & ceteris* lati per *Fusar. d. q. 129. num. 7.*

Ista ratio est bona & concludens ad exclusionem Monasterii, quatenus istud jure filii conclusionem fratrum venire velit, ad veritatem non exinde tolli difficultatem generaliter favore pia causa militarem ex alia ratione, de qua supra in sua materia sub *tit. de testamentis*, ac etiam quod in præcedentibus, præsertim in *Romano mus disc. 108.* quod scilicet causa pia exempta est hujusmodi juris positivi dispositionibus ac restrictionibus, non in ratione privilegi ab eodem positivo sibi concessi, ut aliqui putant, sed in ratione exemptionis, quam ipsa habet à jure positivo præsertim civili, utpotè regulanda ex solo jure naturalis, solaque veritate naturali attendenda, & consequenter quod eam non afficeret restrictio sub per textum in *l. humanitatis*.

ROMANA LOCORVM MONTIVM

P R O

ALOYSIA COSTA

C V M

COLLEGIO S. CAROLI AD
CATINARIOS.

*Casus disputatus coram Iudice particulari,
& concordatus.*

De fructibus fideicommissi post factum illius casum, ex quo tempore restituendi sint ac debeantur fideicommissario, Et de privilegio quod in hoc habeant Ecclesia, vel pia causa, & pupilli, minores & similes.

SVMMARIVM.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quod favore minoris, & pupilli, & aliorum privilegiatorum currant fructus à die aperti fideicommissi.
- 3 Idem favore Ecclesia, & de ratione.
- 4 Fortius ubi in gravato, vel possessore adest scientia, & quando hæc adest dicatur.
- 5 Quod regulariter fructus restitui debeant à die mota litis.
- 6 An precepta instantia cesset mala fides per litem contracta.
- 7 Sententia favorabilis postea revocata, an excuset à mala fide & num. 21.
- 8 Quod in hac materia distinguendi sint casus, & qui sint.
- 9 Regula, de qua num. 2. & 3 procedit in hærede universali.
- 10 Idem de tertio possessore habente scientiam certam fideicommissi & obligationis restituendi.
- 11 Mors est concludenter probanda per allegantem.
- 12 De probatione admimiculasiva mortis.
- 13 Non dicitur perfecta probatio, qua habeat contrariam possibilitatem.
- 14 Ls in qua possessor obtinuit, potius confirmat bonam fidem.
- 15 Declaratur conclusio, de qua numer. 6. & 7.
- 16 Quid de lite coram iudice incompetenti.
- 17 De alio casu controversia cadente sub eodem privilegio pia causa, vel minoris, & quales propriè sint illius privilegii effectus.

DISC. CLXXXV.

Cum mater, institutis hæredibus quatuor filiis, & que invicem substitutis, omnibus absque filiis mortentibus substituisset Collegium S. Caroli ad Catinarios, atque vendita vinca, in quâ penè

Adhuc tamen ponderabam contrarium probabilius videri, nedum ob dictas auctoritates, quæ excludendo Monasterium implicite excludere dicuntur piam causam, quæ in ipso Monasterio inesse dicitur, ac supponenda est (quod tamen mihi non satisfaceret,) si enim non de facili satisfaciunt explicitæ auctoritates, ubi probabilem rationem non habeant, multo magis ubi sunt per argumentum quod in dictis Doctorum non datur, *Franch. dec. 18. nu. 10. & dec. 87. num. 16. Rot. dec. 600. nu. 32. par. 5. rec. add. ad dec. 20. par. 3. rec. in fin.*

Attamen id credebam ex alia ratione pro meo sensu probabile (licet quantum tunc videre licuit non adhuc ponderata) quod scilicet de jure naturæ vel gentium tributa non habetur facultas, ut unus alteri testari valeat, atque de alienis bonis disponere, cum vix isto jure attentio id in bonis propriis concedatur juxta ea quæ advertuntur *discursu 141.* ideoque ista facultas procedit ex concessione juris civilis, quæ ita qualificata est; Et consequenter hoc privilegium capiendum est cum sua causa seu qualitate, atque qui vult illo uti, non potest illud dividere; Clarius verò ac potissime, quia ista restrictio non provenit ex aliqua juris subtilitate ratione solemnitatis, sed magis fundata videtur in præsumpta voluntate, cujus defectum pia causa non supplet, cum in hoc nullum habeat privilegium, ut pluries in dicta sua materia *de testamentis.*

In hoc tamen advertebam causæ piæ privilegium operativum esse, quod ejus favore subintelligatur clausula codicillaris, ob quam clarius intrat sub exemplari tacita fideicommissaria, cujus favore pia causa capit omnia bona fideicommittentis absque detractioe rebellianæ, à qua ipsa est exempta, ut de fideicommissaria contenta sub exemplari *plene Rot. dec. 112. par. 5. rec.* ubi concordantes, non tamen capit bona propria ipsius amentis, sub quibus venit legitima sibi debita in bonis parentis, qui substitutionem ordinavit, ut venirent, si valida esset substitutio.

In proposito autem hujus exemplaris substitutionis in alio casu, de quo habetur actum *sub tit. de feudis disc. 108.* cum testator plures habens filios, instituto primogenito, aliisque de competentibus legatis provisus filio amenti eundem hæredem substituisset, dubitatum fuit, an ob dicti primogeniti prædecessum hæc substitutio caducata esset, vel potius transmissa ad ejusdem substituci filium pariter primogenitum hæredem, Atque Ego & alter Advocatus tanquam Arbitri certam ac absolutam credidimus affirmativam, nedum quia in hac specie substitutionis regulariter datur transmissio, ut per *Gabr. Trentacinq. Imriogliol. & alios relatos per Fusar. q. 198.* Sed clarius quia eidem assistere videbatur clara voluntas testatoris, per quam generaliter ac sine dubio fit transmissibile id quod non est tale, dū non agebatur de simplici substituto, sed de illo qui hæres universalis gravatus erat ad favorem ejusdem amentis de eo quod sibi de jure deberetur, unde amente non obrinente mentis sanitatem clara videbatur testatoris voluntas, ut penes ipsum corpus hæreditatis, ipsumque primogenitum pro tempore hæreditatis possessorem id remaneret tanquam per non abdicationem, ideoque ex facti qualitate clara videbatur hæc voluntas.